

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtru[m] omnis concubitus sit illicitus? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38803**

non est solum circa concupiscentias, & voluptates  
venereas.

S E D contra est, quod dicitur in li. \* de vera re-  
ligione, de luxuriosis. Qui seminat in carne, de carne  
meret corruptionem. Sed seminatio carnis fit per vo-  
luptates venereas. Ergo ad has pertinet luxuria.

R E S P O N D E O dicendum, quod sicut Isidor.  
dicit in lib. \* Etymol. luxuriosus aliquis dicitur qua-  
si solutus in voluptates. Maximè autem voluptates ve-  
nereæ animum hominis soluunt. Et ideo circa volu-  
ptates venereas maximè luxuria consideratur.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut temperan-  
tia principaliter quidem & propriè est circa delecta-  
tiones tactus; dicitur autem ex consequenti, & per si-  
militudinem quamdam in quibusdam alijs materijs:  
ita etiam luxuria principaliter quidem est in volunta-  
tibus venereis, quæ maximè & præcipue animum ho-  
minis resolunt; secundariò autem dicitur in quibus-  
cūque alijs ad excessum pertinentibus. Vnde ad Gal.

5. dicit gloss. \* quod luxuria est quilibet superfluitas. gl. interl.

Ad secundum dicendum, quod vinum dicitur res sup. illud  
luxuriosa, vel secundum hunc modum quo in qual- impudici  
bet materia abundantia ad luxuriam refertur, vel in tia, luxu  
quantum superfluus usus vini incentiuum voluptati ria, &c.

Venereæ præbet.

Ad tertium dicendum, quod libidinosa voluptas  
est in alijs materijs dicitur, tamen specialiter hoc  
nomen sibi vendicant venereæ delectationes, in qui-  
bus etiam specialiter libido dicitur, ut Aug. \* dicit in

14. de Ciu. Dei.

## ARTIC. II.

Vtrum nullus actus venereus possit esse sine  
peccato?

738

A D secundum sic proceditur. Videtur, quod nō  
lus actus venereus possit esse sine peccato. Ni- Ma. 4. 15  
hil enim videtur impedire virtutem, nisi peccatum. 4. 10. an-  
sed omnis actus venereus maximè impedit virtutem. ti me. 10.  
Dicit enim Augustinus \* in 1. Soliloquiorum, Nihil  
esse

Aug. li.

de vera

rel. c. 3.

à me. t. 1.

\* li. 10. c.

li. inci-

bit, fucus

lentus, à

me. illius

270 QVÆST CLIII. ART. II.  
esse sentio, quod magis ex arce deiijciat animum vi-  
rilem, quam blandimenta fœminæ corporumque ille  
contactus. Ergo nullus actus venereus videatur esse si-  
ne peccato.

¶ 2. Præterea, ubicumque inuenitur aliquid su-  
perfluum per quod ab uno rationis receditur, hoc est  
viriosum: quia virius corruptitur per superfluum, &  
diminutum, ut dicitur in 2. \* Echic. Sed in quolibet  
actu venereo est superfluitas delectationis, quia  
tamen absorbet rationem, quid impossibile est?

cap. 11. a. quid intelligere in ipsa, ut \* Philos. dicit in 7. Echic.  
me 10. 5. Eccl. sicut Hier. dicit, in illo actu, spiritus prophetiz-  
† Refer- non tangebat corda prophetarum. Ergo nullus actus  
sur 32. 9. venereus potest esse sine peccato.

2. c. Con- ¶ 3. Præterea, Causa potior est quam effectus. Sed  
nubia. peccatum originale in parvulis trahitur à concipi-  
scientia, sine qua actus venereus esse non potest: vi-  
li. 1. c. 24. ter per August. \* in lib. de nuptiis, & concupiscentia  
er. med. Ergo nullus actus venereus potest esse sine peccato.  
10. 17. SED contra est, quod Aug. dicit in lib. de Nono  
4. 24. 25. coniugali. Satis responsum est hæreticis, si tamen ca-  
fir prim. piant non esse peccatum, quod neque contra na-  
30. 6. ram committitur, neque contra morem, neque con-  
tra præceptum. Et loqui: ur de actu venereo, quo an-  
tiqui patres pluribus coniugibus vrebantur. Ergo no-  
minis actus venereus est peccatum.

RESPONDEBO dicendum, quod peccatum in  
humanis actibus est quod est contra ordinem ratio-  
nis. Habet autem hoc rationis ordo, ut quilibet con-  
uenienter ordinet in suum finem. Et ideo non est pe-  
ccatum, si per rationem honesto statut rebus aliquo  
cummodo ille finis sit aliquid vere bonum. Scit  
autem est vere bonum, quod conservetur corporis  
natura ruius individui: ita etiam est quodam bo-  
num excellens, quod conservetur natura speciei hu-  
manæ. Sicut autem ad consecrationem vita viuis ho-  
minis ordinatur usus ciborum: ita etiam ad conser-  
vationem corporis.

uationem totius humani generis vius venereorum. Vnde August. \* dicit in lib. de Bono coniugali, Quod cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis. Et ideo sicut vius ciborum potest esse absque peccato, si fiat debito modo, & ordine, secundum quod competit saluti corporis: ita etiam & vius venereorum potest esse absque omni peccato, si fiat debito modo & ordine, secundum quod est conueniens ad finem generationis humanæ:

Ad primum ergo dicendum, quod aliquid potest impeditre virtutem duplicitate. Uno modo, quantum ad communem statum virtutis. Et sic non impeditur virtus, nisi per peccatum. Alio modo, quantum ad perfectum virtutis statum: & sic potest impeditri virtus per aliquid, quod non est peccatum, sed est minus bonum. Et hoc modo vius semina deicxit animum non a virtute, sed ab arce, id est, perfectione virtutis. Vnde Aug. dicit \* in li. de Bono coniugali, Sicut bonum erat quod Martha faciebat occupata circa ministerium sanctorum, sed melius quod Maria audiens verbum Dei: ita etiam bonum Susanna in castitate coniugali laudamus, sed tamen ei bonum vidua Anna, ac multo magis Maria Virginis, anteponimus.

Ad secundum dicendum, quod sicut supra \* dicit 9. 132. a. est, medium virtutis non attenditur secundum quantitatem, sed secundum quod conuenit rationi rectæ. Et id est abundatia delectationis quæ est in actu venereo secundum rationem ordinato, non contrariatur medio virtutis. Et præterea ad virtutem non pertinet quantum sensus exterior delectetur, quod consequitur corporis dispositionem: sed quantum appetitus interior ad huiusmodi delectationes afficiatur. Nec ex hoc etiæ quod ratio non potest liberum actum rationis ad spiritualia consideranda simul cum illa delectatione habere, ostenditur quod actus ille sit virtutis contrarius. Non enim est virtuti contrarium, rationis actus aliquando intermittatur pro aliquo quod secundum rationem sit. Alioquin quod aliquis se

foce-

## 272 QVÆST. CLII. ART. II.

somno tradit, esset contra virtutem Hoc tamen quod concupiscentia, & delectatio vencrorum non subiicit imperio, & moderationi rationis, prouenit ex persona primi peccati, in quantum scilicet ratio rebelium Deo meruit habere suam carnem rebellem, ut patet per Aug. \* 13 de ciu. Dei.

c. 12. f. 5.  
† loc. cit.  
in arg.

Ad tertium dicendum, quod sicut Aug. ibidem dicit, ex concupiscentia carnis, quæ regeneratio imputatur in peccatum, tamquam ex filia peccatorum nascitur originali obligata peccato. Unde non sequitur, quod actus ille sit peccatum, sed quod in illo actu sit aliquid penale à peccato primo derivatum.

## ARTIC. III.

*Vtrum luxuria, quæ est circa actus venereo, possit esse peccatum?*

739

*Su. q. 35.* Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod luxuria quæ est circa actus venereo, non possit esse aliquid peccatum. Per actum enim venerum semen emititur: quod est superfluum alimenti, videtur per Philos. \* in lib. de Generatione animalium. *q. 1. a. 3.* Sed in emissione aliarum superfluitatum non acceditur aliquid peccatum. Ergo neque circa actus venereo potest esse aliquid peccatum.

*Et ma. q. 15. ar. 2.* Præterea, Quilibet potest licet vñ rafficer eo quod suum est. Sed in actu venereo homo non vivitur nisi eo quod suum est, nisi forte in adulterio, vel raptu. Ergo in usu venereo non potest esse peccatum: & ita luxuria non erit peccatum.

*6. lec. 3. 2. li. 1. c. 15. 10. 2.* Præterea, Omne peccarum habet vitium positum. Sed luxuria nullum vitium videatur esse positum. Ergo luxuria non est peccatum.

SED contra est, quod causa est potior suo effectu. Sed vinum prohibetur propter luxuriam, secundum illud Apost. ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Ergo luxuria est prohibita.

¶ Præterea, Galatas 5. enumeratur inter opera carnis.

RE-